

7 **Quarta conclusio.** Si actus coniugalis referatur in finem mortalem, est culpa lethalis. Quia actus in prauū finē relatus talis est, qualis finis. c. cum minister. 23. q. 5. & de matrimonio ad finem mortalem relato dixi lib. 2. disp. 29. n. 28. & licet in relatione matrimonij ad eū finem, ultra desiderij mali finis, duplicem aliam culpam inuenierim: priorem, relationis rei sacræ ad finem mortalem: posteriorem, indignæ sacramenti susceptionis. At dum refertur actus coniugalis in culpam lethalem, vnicæ est mortalis culpa desiderij illius prauū obtinendi finis: ac proinde illa sola confitenda. Sicut si alius actus licitus in prauū dirigatur finem. Quod inde constat. Quia nulla rei sacræ susceptio interuenit in actu ipso coniugali, nec ipse res sacræ est, sed actus merè naturalis, vt ex praua illa relatione, sacrilegij crimen admittatur. Priorem quidem partem, scilicet esse mortale, dirigere in finem mortale, affirmant Sylu. verb. debitum. q. 2. Petrus de Soto lect. 16. de matrim. §. quia igitur. Posteriorem verò, nempe, esse vnicam culpam, & non sicut in relatione matrimonij in finē peruersum, contingere: colligo ex Palud. quæ refert, & sequitur D. Ant. 3. p. tit. 1. c. 19. §. 10. (tacet verò locū, nec inuenire potui) & ex Sylu. verb. matrimonij. 4. q. 4. vbi dicunt, non ita damnabile esse abusum actus coniugalis ob finem peruersum, ac ipsius matrimonij: eò quod ille res profana sit, hoc verò sacræ: ac proinde esse lethale, inire matrimonium ob solam delectationem, non esse tale, ob eam accedere ad coniugem.

8 **Quinta conclusio.** Nunquam actus coniugalis ex circumstantia redditur vitiosus capitaliter, nisi quando ipse finis est mortalis. Quia vbi alius est finis, non est tanta deordinatio, vt censenda sit lethalis culpa. Sic colligo ex Sylu. verb. debitum. q. 2. vbi discutit, quando coniugij vsus sit mortalis ratione finis: solius circumstantiæ finis mortalis meminit. Et tenet Petrus de Soto lectione. 16. de matrimonio. §. quia igitur.

9 **Hinc inferitur,** vbi finis est venialis, solum esse culpam venialem. Quod ita esse in matrimonio relato in finem venialem, probauit lib. 2. disp. 29. n. 27. nedū in actu coniugali. Est tamen duplex culpa venialis, altera defectus debiti finis: talis enim esset, vbi finis esset in se bonus, ac extraneus illi actui. (vt. n. 14. probauimus) Al-

tera verò desiderij obtinendi illius finis venialis. Sed obijcies, hoc aduersari dicitur. n. 7. vbi diximus esse vnicum lethale crimen, actum hūc in finem mortale referre. Solutio est facilis. Priuatio illa debiti finis venialis culpæ limites non transcendit, quare tota ratio culpæ mortalis est relatio in finem mortale. Atque proinde duplex est culpa, altera venialis, & altera mortalis: & vbi finis est venialis, duplex venialis.

10 **Rogabis forsitan.** Quale crimē sit in actu ipso coniugali, expressa intentione excludere finē prolis? V. g. quādo cōiuges in actu ipso prolem minimè cōcipi optant. Videntur enim esse lethale. Quia tale est in matrimonij contractu expressa intentione fines illius excludere (vt probauimus li. 2. disp. 29. n. 29.) Atque ita docet Præpositus rub. de sponsalib. n. 12. ad finem. Ceterum id non credo, vbi coniuges nil efficerent, quod prolis conceptioni obstaret: sed credo esse solū veniale. Quia desiderare non multiplicare prolem, non est ex se malum, quare bono fine vestitur, vt ratione defectus diuitiarum ad eos liberos alendos, licitum est: vt docent Palud. 4. d. 31. q. 3. ar. 2. n. 15. D. Ant. 3. p. tit. 1. c. 20. §. 6. Rosel. verbo, debitum. n. 11. vbi Ang. n. 27. Nau. summ. c. 16. n. 33. Philarcus de officio Sacerdotis, tom. 1. p. 2. lib. 4. c. 19. vers. quāto peccat: atque ita ratione debiti finis nō erit culpa mortalis. Nec etiam est talis, eò quod intentione excludatur finis, ad quæ ordinatur actus ille coniugalis à natura. Quia finis præcepti non cadit sub præcepto. Nec id esse crimen lethale in matrimonio arguit tale esse in ipso actu. Vt dixi. n. 7.

11 **Sexta conclusio.** Quando fines extranei, in se tamen liciti, non sunt fines principales, ad quos primò actus coniugalis referatur, sed secundarij, & motiui applicationis ad cōcubitum, nulla est culpa. Quia etiam nulla est ad huiusmodi fines ita dirigere matrimonium. (Vt probati magis hoc explicans lib. 2. disp. 29. n. 24.) Multò ergo fortius id verū erit in actu coniugali.

12 **Quamobrem non approbo** quod docet Palacios. 4. d. 31. disp. 2. fol. 695. vers. pote rit autē, vbi tradit vacare culpa accessum ad vxorem propter bonū vile: vt quia vir precio dato ab vxore conductus est. Ducitur, quia querere sibi vile, nemine laeso, culpa caret. Sed fundamentum corrui, quia queri debet medijs ad id institutis, quale non est matrimonij. Quare melius Sorus 4. d. 31. q. vnica, ar. 4. vers. sunt qui contra,

consequit

13 **consequit culpam esse venialem,** si vir vxori cōpuleretur, eo ductus sine, vt hæres ab ipsa instituitur. Quod intellige, iuxta dicta. n. præcedenti: quādo ea vtilitas esset finis principalis, secus vbi secundarius, & applicans ad actum, seruatō fine principali debito.

14 **Tandem est difficultas,** An solū sacramenti bonum sufficiat ad excusandum à culpa actū coniugale? vt si quis vellet matrimonij cōsummare ad expressius significandam vionē Verbi cum carne. Idque sufficere, ex eo suaderetur. Quia non minùs, imò magis videtur honestare matrimonij, finis illius vt sacramentū est, qui est ea significatio, quā finis illi cōueniens, vt est cōtractus naturalis, qui est prolis educatio. Quare hanc partē tūctor multi teste Supplement. Gabr. 4. d. 31. q. vnica, ar. 2. conel. 3.

15 **Verum dicendum est nō sufficere,** sed esse veniale, actus coniugalem in eū finem solū referre. Probatur. Quia bonum sacramenti nō respicit primò, & directè matrimonij vsum, sed vinculum, & essentia, in quo differt à bono fidei, & prolis, quæ primò & per se ad vsum ordinatur: ergo cōtractū rectū ordinē est, matrimonio vt ob bonū sacramenti: & quia est leuis debiti ordinis peruersio, nō excedit culpā veniale. Et cōfirmatur, quia sicut solū bonū sacramenti, sufficiens est ad excusandū à culpa lethali fornicationis: quia solū illud respi-

16 **cit vinculū matrimonij:** ita solū bonū fidei, & prolis debet sufficere ad excusandū à veniali: quia hæc sola bona actū respiciunt. Secundò, quia eū in omni sacramento duplex reperitur finis, alter intrinsecus, & alter extrinsecus, rectus ordo postulat, vt sacramenti vsus referatur ex interiorne sumētis, & ministrantis, ad finē intrinsecū, nam ad extrinsecū sufficit instituentis ordinatio: finis autē intrinsecus matrimonij, est bonū prolis, & fidei, extrinsecus autē, significatio sacramentalis: culpa ergo est vsum referre ad solū finem extrinsecum. Sicut peccaret baptizans ad solam Christi sepulturā representandam. Tandem, quia licet sacramenta sint sacra signa, at sunt signa practica, & potissima eorum institutio est ad efficiendum: vnde eis ad solam significationē vtens nō seruat debitū vsum. Quare hanc sententiam tuentur D. Tho. 4. d. 31. q. 2. art. 2. corp. & ibi Ricard. art. 3. q. 2. corp. Palud. q. 2. ar. 1. n. 5. Supplementum Gabrielis. q. vnica, art. 2. conel. 3. Henrquez lib. 11. de matrim. c. 15. nu. 2. & in commento, litera P. Petrus de Ledesma. de matrim. q. 49. ar. 5. dub. 1.

17 **Tandem fatendum est cū** Petro de Ledesma proximè citato, vacare culpa vsus matrimonij ad eam significationem relatum, nō exclusi alijs finibus boni prolis, aut fidei. Probaturque: quia dictis. n. 4.

DISPUTATIO NONA.

Vtrum actus coniugalis in solum fornicationis vitæ: finem relatus, culpa vacet.

SVM MARIVM.

Licitum est debitum petere causa vitanda incontinentia in altero coniuge. n. 1. An liceat petere ad vitandum incontinentiam in se ipso? Refertur duplex sententia. num. 2. & 4.

Sententia auctoris nra 4. Licitum est reddere, quamuis alter petat ad vitandum in se fornicationem. n. 5.

Sententia argumenta. n. 6.

18 **In hac disputatio** neminem inueni dubitantē, quin liceat debitum petere ad vitandum in altero coniuge incontinentiam periculum. Quod docuit D. Aug. Epistol. 119. ad Ediciā, & habetur c. secundum verba. 33. q. 5. quæ vniuersi sequuntur. Et ratio est aperta, quia hic cōue-

19 **bitus potius est debiti redditio,** quā petitio (vt probauit hoc lib. disp. 2. nu. 6. & 7.) ac proinde inuenitur in eo fidei bonum.

20 **Tota verò difficultas in eo versatur,** an liceat similiter cōiugi debitum petere, cō fine, vt vitiet in se ipso incontinentiæ periculum? Triplicem inuenio sententiam. Prima sustinet culpam esse veniale. Ducitur primò, Quia D. Paulus. 1. ad Corinth. 7. vbi præmiserat, vt vnusquisque vxorem habeat ad vitandam incontinentiam, subdit, *hoc autem dico secundum indulgentiam, nō secundum imperiū.* Indulgentia autē nō conceditur, vbi culpa non est. Quæ locum ita explicat. D. Aug. de bono cōiug. c. 20. tom. 6. libdentes absurdissime dicit nō esse peccare, quibus venia cōceditur, & lib. 5. cōtra

Julianum cap. 7. tom. 7. & in Enchiridion. cap. 78. tom. 3. & lib. 2. de peccato originali contra Pelagium. c. 38. tom. 7. & d. Gregor. lib. 3. moralium. c. 18. 19. 20. habetur. c. nerui. fin. d. 13. D. Ansel. & D. Tho. in eundem locū. D. Pauli. Atq; omnes hi sancti expressē sunt huius sententiæ. Secūdo, quia talis actus coniugalis caret bonis excusantibus, petere enim gratia viridū in se fornicationē, non spectat ad fidē bonū, ad quod solum pertinet reddere alteri coniugi, & seruire fidē abstinendo a concubito alieno, non autē petere vt concubitus ille alienus vitetur. Tertiū, quia talis petens vel impellitur ad concupiscentia, & tunc impulsus ille, culpa venialis est: aut non impellitur, & tunc vitur medio, quominus indiget, & proinde erit superfluitas, & inordinatio. Quartū, quia sic petēs, non fortiter, & strenuē pugnant resistens concupiscentiæ, aduersus quam est nobis indicium bellum, ad Galatas. 6. sed illi cedit. Quinto, quia cum alijs medijs ad id ordinatis possit incontinentiæ stimulis resistere, eligens hoc in quo tāta voluptas reperitur, verē ob delectationem accedit: atq; ita culpa venialis reus erit. Hæc sententiam ultra sanctos allegatos, amplectitur ex Theologis. D. Thom. 4. 3. 1. q. 2. art. 2. ad 2. Magister ea. d. 3. 1. & 3. c. 1. D. Bonauen. ca. d. 3. art. 2. q. 2. Ricard. ibi. artic. 3. q. 2. quamvis problematicē defendens, huic magis accedit, dicit enim esse cōmuniorē, sanctis que magis consentaneam, eandem tenet Scotus. 4. d. 26. q. vnic. ad finem corporis. Guillelmus Rubion. 4. d. 3. 2. q. 2. art. 2. concl. 5. Abul. c. 5. Matth. q. 23. 5. Deza. 4. d. 2. 1. q. vnica, art. 3. notab. 3. Vualdenis quamvis obscure, de sacramētis. c. 130. nu. 3. Eckius tom. 4. homilia. 69. que est prima de matrimonio, ad finem, nu. 4. Petrus de Soto lect. 16. de matrim. §. quia igitur. Pedraza summ. præcepto. 6. §. 18. Ludouicus Lopez. 1. p. instruct. cap. 87. §. vltus verō copula: & dicit esse satis probabilem Petrus de Ledesm. de matrim. q. 49. artic. 5. dub. 3. & ex Iurisperitis, eandem tuerentur Glossa. c. quicquid, verb. ab adulter. 32. q. 2. Gratian. cap. 2. §. hīta, in fin. 32. q. 2. Host. summa tit. de matrimo. §. quis sit effectus. nu. 23. Anton. rubrica de Sponsali. nu. 14. fin. & ibi Alexan. de Neuo. n. 25. fin. Henric. c. inquisition. num. 4. de sententia excom. Dominicus. c. nerui. d. 13. vers. nota hic clarum textum. Rainerius. 2. p. summ. tit. de matrimonio. c. 13.

Ioannes de Trifolgo summa confes. lib. 4. tit. 2. de mati. q. 37. Astensis summa. 2. p. lib. 8. tit. 9. art. 2. initio. Monaldus summa, tractatu de matrim. tit. de bonis matrimonij, vers. in tertio. Rosella sum. verb. debitum, nu. 3. vbi Ang. nu. 22. Tabiena matrimonium. 3. q. 5. 6. Turrec. c. quicquid 32. q. 2. n. 3. vers. 6.

Secunda sententia docet nullam esse culpam, coniugem petere ad vitandū in se ipso incontinentiæ periculū. Probat primo, quia lex diuina explicata à D. Paulo. 1. ad Corin. 7. ibi, Reuertimini in id ipsum, ne tētet vos Sathanas propter incontinentiā vestrā. Hoc autem dico secundū indulgentiam, non secundū imperium. Saltem permittit accessum ad vxorem gratia incontinentiæ vitandæ: ergo is accessus nullatenus est culpabilis. Probatur consequētia. Quia nil aliqua lege permillum, potest attēta illa lege peccatum esse, quare nisi sit alia lex superior prohibens, nullatenus erit peccati. Cuius ratio est clara, quia ratione alicuius prohibitionis debet esse peccatum, lex autem permittens non prohibet, aduersantur enim sibi eandē legem permittente, & prohibere. Cū ergo lege diuina permittente accessum coniugū ad fornicationem vitandā, nequeat esse lex aliqua superior eum prohibens, manifestē sequitur omni culpa vacare. Et confirmatur. Quia diuina legis permissione nequit in ipsum Deum illius autorem peccari: & lex diuina permittēs adū, minimē punit, id enim permissio sonat: cū tamen certum sit, nec minimū veniale impunitum relinquendum. Non ergo erit culpa etiā venialis, accessus ille ad vitandam fornicationem, lege diuina permillum. Secundo, quia vsus matrimonij relatus ad eum finem, ad quem institutus est, culpa vacat, constat autem post natur lapsum institutum esse ad incontinentiæ stimulos sedandos. Tertiū, quia cū vsus licitus sit ad vitandam alterius coniugis incontinentiam, a fortiori erit ad vitandam propriam. Plus enim tenetur quisq; sibi, quā alijs consulere. Nec obstat, si dicas priorem vsum esse debiti redditionem, & proinde honestari bono fidei: posteriorē verō debiti petitionem. Non (inquā) obstat. Quia casu quo alter coniug nullo modo appetat coniugis concubitus, sed renuat, alienum verō desideret, nullo modo est redditiō, cū proflus petitiō, etiā interpretatiua desideretur: & tamē licitus est, imō obligatorium ab eo debiti petere ad

illius

illius vitandam incontinentiam (vt diximus hoc lib. disp. 2. nu. 7. & fatentur omnes. Quartū, quia vbi duo media licita ad finem obtinendū occurrunt, fas est alterutrum eligere: ad vitandā autē fornicationē, vltra abstinentias, aliasq; corporis macerationes, concessi Deus matrimonij vsus: ergo licite hoc medium ad eum finem comparandū referre. Quintū, quia in hoc vsu bonum fidei reperitur, cū sit ad cauetundum alienum concubitus, ad quod fides matrimonij alstringit. Sextū, quia vitandū fornicationem honestus est: matrimonij etiam vsus licitus est: cū ergo & finis, & medium honesta sint, nil est vnde vsus medij illius ad eum finem assequendum dehonefetur. Tādē, quia dato opposito, accessus ad vxorem prægnantem semper esse illicitus: similiter matrimonium nunquam liceret inter steriles, & senes generationi ineptos. Ideo hanc sententiam tuerent Ricardus (problematicē tamen) 4. d. 31. art. 3. q. 2. Durādus ibi. q. 4. n. 7. Maioris. q. vnic. concl. 4. Alti fiodor. lib. 4. suæ summæ, tractat. 9. c. 4. Almain. 4. d. 31. q. vnic. Nicolaus de Orbellis. 4. d. 32. q. vnic. §. 1. Cai. summa, verb. matrimo. c. vltimo de peccatis in vsu matrimonij, vers. primum igitur caput. Metin. lib. 3. de factorum hominum continentia. c. 13. Nider in sua summa, præcepto. 6. c. 4. vers. dicit esse secundo. Celaia. 4. d. 31. q. vnic. ad fin. vbi Pala. disp. 2. fol. 690. a. vers. hec ergo sunt duo. Philarcus de officio sacerdotum. 1. p. 2. lib. 4. c. 19. vers. 5. peccat. Angles florib. 1. p. de mati. q. 5. de bonis matrimonij, diff. 4. Emma. Sa sum. verb. matrim. vers. copula si fiat. Casse. sum. sacramen. de matrim. c. 81. n. 76. & dicit esse satis probabile Petr. de Ledes. de matrim. q. 49. ar. 5. dub. 3. & affirmant Maior, & Pala: cios esse verā, licet aliud mediū sit facile. Eandē tenent ex Iurispe. Tiraq. 1. §. cōnubiali. n. 11. Nauar. sum. c. 16. nu. 32. Perez lib. 5. ordin. tit. 1. §. 1. §. tertia conclusi. Stephan. Gaeta repetit. ad limina. 30. q. 1. §. 4. n. 176. Vgolinus de matrim. c. 10. fin. Humada. 1. 2. tit. 1. p. 1. glof. 2. n. 13. fin.

Tertiā sententia (cui adhæreo, licet due propositæ sint satis probabiles:) affirmat vitandam culpam vacare petitionem debiti causa vitandæ fornicationis in ipso meo petere, quando adhibitis alijs medijs nequit carnis stimulos sedare, secus quando potest conuenienter alio modo ab incontinentiā abstinere: tunc enim erit veniale. Prior

pars probatur argumentis secundæ sententiæ, quæ satis vrgēt. Posterior verō probatur, quia vbi alia media conuenientia ad finem assequendum occurrūt, venialis peruersio est debiti ordinis, mediū de se ordinatū ad prolis generationē, & fidem seruandam, in illum finem referre. Secūdo, quia cū coitus rationē absorbeat, priuētq; tēto bono, imprudenter eligitur, vbi mediū facilius adest. Sicut imprudens est, sumens potione amaram, aut venas scindi permittens, quō salutē adipiscatur, potens faciliōri medio ad eā restitui. Ideo huius sententiæ sunt Palud. 4. d. 31. q. 1. art. 2. n. 9. & 10. & ibi Supplem. Gabriel. q. vnic. ar. 2. post. 4. concl. Capreol. 4. d. 30. q. 1. ar. 3. in solutione ad 6. contra 2. conclus. D. Anton. 5. p. tit. 1. c. 20. §. 11. Syl. verb. debiti. q. 1. fin. & q. 12. vers. 4. Tabien. mati. 3. q. 5. 6. Viatoria sum. de matrim. n. 272. Sor. 4. d. 31. q. vnic. art. 4. conclus. 2. Gregor. Lopez. 1. 9. verb. el otro, tit. 2. p. 4. Ledes. 2. p. 4. q. 51. ar. 4. ad fin. Margarita confes. 6. præcepto, fol. 86. col. 1. Verac. 3. p. Specul. 1. ar. 6. concl. 1. Matienq. lib. 5. recop. tit. 10. rubric. glof. n. 106. fin. Manuel. 1. tom. sum. 2. editione. c. 43. n. 15. Petrus de Ledes. de mati. q. 49. ar. 5. dubio 3. Barthol. à Ledes. de mati. dub. 28. cōcl. 2. Enriq. lib. 1. 2. de mati. c. 15. n. 4. iundū commentō, licet. Q. Moderatur autem hanc sententiā D. Anton. ibidē, & satis apparet (vt Tabiena fatetur) quatenus ait licitū esse, vbi moraliter aliud mediū nō occurrit, petere debiti gratia vitandæ fornicationis, vt intel ligatur, quādo nō est spes prolis concipiendæ, ea enim extante semper esset venialis culpa, primariō intēdere incontinentiam vitare. Quia præposterior ordo est secundarium finē preponere, vbi primarius est possibilis. Et placet hæc moderatio. Quia tūc nulla est necessitas vtendi matrimonio ad vitandā fornicationem: sed sit finis primarius, generatio prolis, & secundarius, & applicans ad concubitus, vitatio fornicationis, iuxta dictā disput. præcedenti. nu. 11. Quod etiā cōsonat hys, que diximus lib. 2. disp. 29. n. 26. vbi probauimus veniale esse matrimonij iōire ob vitandā fornicationem, vbi est spes prolis, licitū autē, ea deficiente. Nec oportet, quō petitiō debiti ob finē vitandæ incontinentiæ a culpa excusetur, vt petēs tunc carnis molestijs vexetur, sed satis est vt probabilius timeat fore vt vexetur. Sic docet Supplem. Gabriel. 4. d. 31. q. vnica, ar. 1. fin.

Bbb 3 Id

5 Id tamen in omni sententia fatendū est, licet petens reus sit culpa intendens solā vitare fornicationem, reddentem bono fine vt sua satisfaciatur obligationi, minimē peccare, imō ad id teneri. Cōstat ex dictis disp. præced. n. 5. vbi probauimus coniugū quocūq; sine ducto ad petendū, reddendū esse. Nec credendū est Guil. Rub. 4. d. 3. 2. q. 2. ar. 2. cōc. 7. vbi ait petenti ob finē vitā dē fornicationis, esse veniale reddere. Duciturq; quia quoties peccat exigens, idem peccatum admittit reddens. Quod fundamentum confutauit hoc lib. disp. 6. n. 4.

6 Ad argumenta primę sententię. n. 2. proposita respondetur. Ad primū fateor illos sanctos eius fuisse sententię, ita intelligētes locū illū. D. Pauli, affirmantesq; nunquā licere vsum matrimonij, nisi ob prolis generationē, vel ob debitum reddendum: Quod ex ardentissimo castitatis amore quo affecti erant, procebat: valde tamē vt get argumētū primū secundę sententię, aduersus eā expositionē; & idē aliter exponendus est. D. Paulus: duplex enim est indulgētia, & permissio, quādā minoris mali, quādam verō minoris boni, dum ergo concedit accessum ad vxorē ob vitandam fornicationem, non permittit tanquā minus malum, quā fornicari, vt inde arguatur esse culpam veniale, sed permittit tanquā minus bonum, quā continere: atq; ita nulla est culpa. Et hanc expositionem sequuntur Lyranus, & Caiet. in illum locū D. Pauli: & Sot. 4. d. 3. 1. q. vnic. ar. 4. vers. accedat textus. Et tūc intelligi debet iuxta nostram, 3. sententiā, quando cōiuges sunt ita fragiles, vt aliter abstinere vix possint. Quod denotant ea verba, Propter incontinentiam vestram. Quę explicat ibi Lyranus, propter pronitatem ad fornicandū. Ad secundū dic non propriē spectare, at reduci ad fidē bonū, dū coniux necessitate stimulorum carnis pressus, vtitur eo. me

dio, quōd fidē vxori seruet abstinentem ab alio no concubitu. Ad tertiū dic impulsus concupiscentiæ tunc culpam habere, quando iudicium rationis subuerit, sicut quando impellit vt secundū rationis limites eligatur medium licitū, gratia illicitum cauoq;. Præterea est impulsus fuerit vitiosus, & præter rationis iudiciū insurgens, non infertur actum sequentem culpam infici, qui non imperatur à concupiscentiā, sed à ratione illā corrigente. Ad quartū dic id verū esse, vbi suppetunt alia media ad resistendū: fecus vbi illis tētatis ea est fragilitas coniugis, vt resistere nequeat. Ad quintum eodē prorsus modo dicendū est. Ad primū arg. ex propositis. n. 3. pro. 2. sententiā, & eius confirmat. constat ex dictis solutio: explicū enim illum locum Pauli in solutione ad primū primę sententię. Ad secundū dic antecedens esse verū, si referatur ad finem primariū, vel vbi is non est possibilis, ad secundarium, constat ex dictis solutio: explicū enim illum locum Pauli in solutione ad primū primę sententię. Ad secundū dic antecedens esse verū, si referatur ad finem primariū, vel vbi is non est possibilis, ad secundarium, constat ex dictis solutio: explicū enim illum locum Pauli in solutione ad primū primę sententię. Ad quartū dic Deum concessisse matrimonij vsum ad illum finem, vbi non potest finis primariū obtineri, nec finis secundariū faciliori medio. Ad quintū dic nō pertinere ad bonū fidei petere ad vitādam in se incontinentiam, vbi petens aliter vitare potest. Ad sextum, dic non satis esse bonitatem finis, & mediū in se ipsius consideratam, sed oportere vt mediū sit proportionatum, & bene referatur ad illum finem obtinendum. Ad vltimum negatur sequela. Quia licitus esse accessus, vbi medio faciliori continere nequeunt.

DISPUTATIO DECIMA.

An licitus sit coniugalis vsus, ad tuendā, aut restaurandā salutis corporis finem relatus.

SUMMARIUM.
Refertur duplex sententia. n. 1. & 2. Sententia authoris. n. 3. & an reddere potest causa sanitatis sic culpam. 4. Soluuntur argumenta. n. 5.

QUÆSTIO est facilis: & idē breuiter ab illa me expediā. Affirmat quidā culpā esse veniale, debitum petere causā sanitatis consequendā, aut tuendā. Ducitur primū,

Quia

Quia sancti solius prolis gratia, aut debiti reddendi admittunt coniugalem vsum licere: Vt constat ex D. Augustino de bono coniugali. c. 6. 7. 8. 10. tomo. 6. & ex D. Gregor. lib. 32. Moral. c. 20. & habetur. c. nerui. 13. d. Secundū, quia finis hic aduersatur matrimonij institutioni, quod ad bonum prolis, & vitandam fornicationem, est institutum. Et confirmatur, quia licet peccaret venialiter, qui gratia sanitatis consequenda baptizaretur, quia is finis aduersatur Baptismi institutioni, que est ad remissionem peccatorum ante Baptismum admissorum. Tertio, quia nec bonum finis, nec prolis inueniunt in eo accessu, que solum excolant à labo veniali. Idē, quia peruerio debiti ordinis est, actum coniugalem, qui suapte natura refertur ad bonū speciei, referre ad indiuidui bonum. Idē hanc partem tuetur D. Thom. 4. d. 31. q. 2. ar. 2. ad 4. & ibi Palud. q. 3. ar. 3. n. 21. & q. 3. ar. 3. n. 22. vbi addit, Licet alio medio sanitas obtineri nequeat, adhuc esse veniale. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 20. §. 11. Rainer. 2. p. summa, tit. de matrimonio. c. 13. Ioannes de Tribulgo sum. confess. lib. 4. tit. 2. de matrim. q. 3. 8. Henric. c. inquisitioni. nu. 6. de sent. excom. Angel. verb. debitum. n. 2. 4. vbi Sylu. q. 1. vers. 3. Tabiena matrimonij 3. q. 5. §. 6. Abulc. 5. Matt. q. 23. Turres. c. quidquid. n. 3. vers. 5. 32. q. 2. Veracr. 3. p. Speculi. ar. 26. concl. 2. addens, Licet non sit aliud medium, Petrus de Soto lect. 16. matrim. §. quia igitur. Nider in. sum. præcepto. 6. 4. vers. dicitur est. 2. Margarita confessorum. 6. præcepto. fol. 85. pagin. 2. Pedraza summa, præcepto. 6. §. 18. Marien cō lib. 4. Recop. tit. 1. Rubr. glōf. 1. n. 107. Petr. de Led. de matrim. q. 46. ar. 5. dub. 4. addens, Licet aliud medium deficiat: & cū hoc etiam addito dicit esse veriorē Sot. 4. d. 31. q. vnic. ar. 4. vers. grauius autem.

Almain. 4. d. 3. 1. q. vnic. vbi Maioris. q. vnic. c. 6. 4. Celsia ibi. q. vnic. sine, dicit; idē sentire Martinū de Magistris, & multos Neotericos; Palacios ibi disp. f. 693. à vers. porro nulla hauma: Emmanuel. Sa summa, verb. debitum coniugale, vers. copulam: & dicit esse satis probabile. Veracr. 3. p. Speculi. ar. 16. concl. 2. sine. 11. d. 9. 11. 12. Carerūm media via eligenda est, vt nullā sic culpa, quando aliud mediū aptū non inuenitur ad instaurandam, tuendamve salutem. Quod optimē probant rationes secundę sententię: tunc enim nulla est peruerio debiti ordinis, cū in eo sine bonū prolis, ac fidei, quāvis remōtē includatur: coniug enim bona, vt vultudine aptior est proli generandę, ac debito reddendō: vbi verō mediū aliud cōueniēti occurrerit, erit culpa venialis. Quod probat rationes primę sententię. Et idēbita dicit Victoris summa de matrim. n. 272. Led. 2. p. 4. q. 51. ar. 5. sine. Barthol. à Ledef. de matrim. dub. 2. §. soler. mōueri dubiū. Enrich. lib. 11. de matrim. c. 15. n. 5. Manuel 2. tomo summa. 2. editione. c. 243. nu. 20. Et hanc fatentur esse probabilem Sotus, & Petrus de Ledesma. n. allegati. Intelligit tamen (vt in simili dixi disp. præced. n. 4.) nullam esse culpam, principāliter incedere sanitatē, vbi spes prolis deficiat ea enim spe extante, esset culpa venialis peruerio debiti ordinis: cū finis principālis sit possibilis, & postponatur, nullaque vergeat necessitas, seruato enim sine sobolis primario, posset secundariū, & concomitantē referri actus ille coniugalis ad salutatem. Iuxta dictā disp. 8. n. 11.

In omni autem sententia fatendū est, quantumuis peccet defertur etiam finis cōiux ob sanitatem petens, reddentē minimē peccare, sed teneri reddere. Vt probauimus hoc lib. disp. 6. n. 7.

4. Alij verō docent omni culpa vacare petitionem debiti causa sanitatis acquirēdę, aut tuendę. Probant, quia cū ob prolis bonū id liceat, à fortiori id licebit ad propriam salutem instaurandam, aut tuendā, cui plus teneri quilibet consulere. Secūdo, quia intentio sanitatis cōparandę non excludit prolis intentionem. Tertio, quia excessus in potu vsq; ad ebrietatē licitus est, gratia sanitatis instaurandę: cū tamen magis rationis vsu priuet, quā actus coniugalis. Quarto, quia intēdēs sanitatē, refert virtute actū illū in prolis bonū, cuius generationi morbo laborans ineptus est. Sic

Ad argumenta prioris sententię. nu. 1. proposita respondetur. Ad primū dic sanctos loqui, quando spes prolis habenda est. Vel secundū, solūm meminisse finium, qui perse, & ab extrinsecos, semperque actum coniugalem exausant. Vel tertio reduci ad bonum prolis, & fidei. Confer enim sanitas ad filiorum procreacionem, reddendumque debitum. Ad secundū dic nos loqui, vbi proles non est possibilis, vel secundū reduci ad bonum prolis & fidei. Ad confirmationem neganda est consequentia. Quia Baptismus est prorsus res sacra, nec aliquo modo refer-

tur ad corporis sanitatem: at actus coniugalis potest esse in aliquo particulari medio ordinari ad sanitatem. Ad tertium constat ex dictis, ibi reductiue inueniri boni fidei, & prolis. Ad quartum dic nullam esse peruersionem ubi non speratur bonum speciei. Ad argumenta secunde sententiae proposita nu. 2. respondetur. Ad primum teneri quemlibet potius saluti propriae cofulere medijs ad id a natura institutis, quale non est vltus matrimonij, qui ob bonum prolis est: Ad secundum fatetur non exclu-

DISPUTATIO VNDECIMA.

An vltus coniugij propter solam delectationem, sit peccatum?

SUMMARIUM.

Referuntur duplex sententia, nu. 1. & 2. In sit culpa mortalis, vbi voluptas limitatur matrimonij excedit: & quando hoc coniugatum. 3. Quando intra matrimonij limites voluptas quaritur, est culpa venialis, nu. 4. Quid si sit libidinem satiare vel si vir ealidus vrens, aut alio medio se prouocet, quod sepius coire possit, nu. 5. An oblatum in actu coniugali voluptatem accipere, culpa vacet, nu. 6. Reddere debitum potenti ob voluptatem, est obligatorium, nu. 7. Soluuntur argumenta: & enodantur. c. origo, & c. liberorum. 32. q. 4. n. 8.

In hac disputatione non desunt qui asserant actum coniugalem ob libidinem explendam exercitum, culpam esse mortalem. Et probatur primo ex D. Hieronymo in cap. 5. ad Ephesios, & refertur. c. liberorum. 32. q. 4. ibi, Liberorum in matrimonio opera concessa sunt, voluptates autem qua de meretricum capuntur amplexibus, in vxore damnatae sunt. Et melius ex eodem lib. 1. contra Iovinianum, & refertur. c. origo. 32. q. 4. ibi, Adulter est in suam vxorem amator concetior. Si ergo talis copula est damnata, & tanquam adulterina, erit manifesta lethalis culpa. Secundum. Quia coniux sic vrens coniuge, non refert illius vltum in Deum, sed in solam delectationem, ac proinde frui vult creaturam, in ea consistens vltimum finem. Quod mortale esse dubitat nemo. Et confirmatur, quia non est simile de alijs delectatio-

dere, atq; ita culpa vacare, vbi sanitas non principaliter intenditur, sed secundario, & concomitanter: secus ubi in sanitate consistit, tanquam in fine principali. Ad tertium dic esse in hoc disparitatem, quod cibis, & potus a natura dirigitur ad indiuidui conseruationem: vltus vero matrimonij ad bonum speciei. Ad quartum dic illam relationem esse remotam, ac proinde non exculare, vbi aliud medium salutis tenenda, aut instauranda conuenit.

delectationem, sit peccatum? Inibus: haec enim intentionem absorbet, vt liberum hominem non relinquat, quod illam in Deum referat. Sic sentiunt Hago d. c. origo. Host. summa, tit. de matrimonij, 4. quis sit effectus. n. 23. hui. & quidam antiquiores (vt refert D. Bonau. dicens esse probabile, sed valde durum. 4. d. 31. art. 2. q. 3.) Ioannes de Grassis repetit in e. vltimo orarium. 5. alijs autem in. vlt. 29. idem addentes esse mortale, virum calidus vti, vel alijs medijs, quod naturam excitet, vt sepius coire possit: Monaldus summa, tract. de matrimonio, tit. de effectu matrimonij, vers. item est alius effectus, & tit. de bonis matrimonij, vers. ite quarto modo. Nider in summa, precepto. 6. cap. 4. vers. dictum est tertio lex. 9. tit. 2. p. 4.

Alij vero alterum extremum secuti, censent nullam esse culpam, actum coniugalem propter voluptatem exercitum. Probant primo, quia teste Arist. 10. Ethic. c. 8. talis est delectatio, quale opus de quo est actus vltus coniugij bonus est: ergo & delectatio de illo percepta. Et confirmatur, quia teste eodem Arist. 7. Ethic. c. 9. non omnis aliquid ob voluptatem efficiens, est incontinens, sed vbi ea est turpis: imo qui omnem voluptatem fugit, est agrestis: teste eodem. 2. Eth. c. 2. At delectatio ex actu coniugali orta, turpis non est. Secundum, quia virtus temperantiae inclinatur ad moderate percipiendas delectationes gustus, & tactus: velle ergo moderate delectari in accessu ad coniugem, actus erit studiosus. Tertium, quia vti ad libitum re sua, qualis est alteruter coniux alterutrum, culpa vacat. Quarto, quia in eo accessu inueni-

tur sacramenti bonum, coniux enim propter voluptatem accedens, limites matrimonij non transgreditur, sed propter illius vinculum accedit, alijs omnino absentibus. Sic tenent Almain. 4. d. 31. q. vnic. & ibi Maioris. q. vnic. concl. 7. Celsa ibi. q. vnic. fine, & refert Martinum de Magistris. Palacios ibi, disp. 2. fol. 691. & sequentibus, & dicit esse satis probabile Verac. 3. p. Speculi, ar. 16. concl. 2. fine.

Prima tamen conclusio, sit. Quando voluptas limites matrimonij excedit: quia, scilicet, coniux ita voluptate captus ad suum accedit, vt paratus sit ad accedendum, quamuis suus non esset, est culpa lethalis. Conclusio est D. Thomae. 4. d. 31. quaest. 7. artic. 3. quem sequuntur vniuersi. Et constat, quia coniux ita accedens, animum habet fornicandi, & quamuis conditionale, si alter coniux non esset suus, ad ea conditionem aufert rationem culpae a fornicatione: quod desideratur, ne actus conditionalis malus sit. Est tamen sane hoc intelligendum: nempe, quando in eo accessu ad ea qualis illa praua voluntas, secus si coniux nil de hoc cogitaret, quamuis in ea esset habitualis dispositio, vt accederet, licet alter coniux, suus non esset. Quia nullus habitibus, sed actibus meretur, aut demeretur. Ita aduertunt Palud. 4. d. 31. quaest. 3. ar. 1. num. 10. D. Anton. 3. par. tit. 1. cap. 20. §. 1. Ang. verb. debitum, num. 21. vbi Sylu. quaest. 2. Tabiena matrimonij, quaest. 2. §. 3. Sotus. 4. d. 31. quaest. vnic. artic. 3. vers. nihilominus aduersus. Tarres. cap. quidquid. num. 3. vers. 3. 32. quaest. 2. Verac. 3. par. Speculi, ar. 16. conclus. 3. Bartholom. a Ledesma dub. 27. de matrim. concl. 1. Matieq. colib. 5. recop. tit. 1. rubrica. gl. of. 1. n. 107. Capua. p. 1. decis. lib. 2. c. 82. n. 12.

Secunda conclusio. Actus coniugalis solius voluptatis gratia exercitum, nec fines matrimonij transgredientis, est culpa venialis. Conclusionem hanc expresse docent. D. Aug. de bono coniugali. c. 6. tomo. 6. ibi, Coniugalis concubitus generandi causa non habet culpam, concupiscentia vero satiare, tamen cum coniuge, veniale. Et lib. 5. contra Iulianum. c. 7. h. tom. 7. D. Gregor. responsione. 10. ad interrogationes D. Augustini: & habetur. c. vir ut propria 33. q. 4. D. Anselmus in eum locum D. Pauli. 1. ad Corinth. 7. Hoc autem secundum indulgentiam dico. Et probatur non esse peccatum mortale, rationibus secunde sententiae

nu. 2. propositis, quae fortiter hanc sententiam probant. Quod autem sit veniale, inde probatur. Quia est debiti ordinis peruersio, cui actus suapte natura tendens ad proles bonum, referatur ad finem voluptatis capiendae. Et confirmatur, quia bonum delectabile, quod est natura sententiae consonum, non potest recte esse finis operationis humanae, sed solum bonum honestum, quod naturae rationali conformis est. Adde abusum rei esse, quaerere actum propter delectationem illi adiunctam. Cu delectatio sit propter ipsum actum, non vero actus propter delectationem illi adherentem. Ideo hanc tenentur Magister. 4. d. 31. vbi D. Thom. quaest. 2. ar. 3. corpore. D. Bonau. ar. 2. q. 3. Duran. q. 4. nu. 5. Ricard. ar. 3. q. 3. Albertus Magnus, ar. 2. q. 4. Palud. quaest. 3. ar. 3. nu. 19. Supplem. Gabr. q. vnic. ar. 2. concl. 5. Guillelmus Vorri long. quaest. vnic. ar. 2. concl. 3. Sotus. q. vnic. ar. 3. concl. 3. Aleffiodorensis, lib. 4. suae summae, tractat. 9. q. 2. Gerson. 1. p. in compendio Theologiae, tract. de sacramento coniugij, alphabeto. 12. litera. O. Nicolaus de Orbellis. 4. d. 32. p. vnic. §. 1. D. Anton. 3. par. tit. 1. c. 20. §. 1. Caiet. summa, verb. matrimonium. c. vltim. de peccatis continentibus in vltu matrimonij, vers. primum igitur caput. & 2. q. 15. ar. 1. circa solut. ad. 4. vers. ad. 4. dicitur quod veniale, Abul. c. 15. Mat. q. 2. 43. fin. & q. 23. Victoria sum. de matrimonio, nu. 2. 71. Petrus de Soto lect. 16. de mat. §. quia igitur. Led. 2. p. 4. q. 51. ar. 6. initio: in d. q. 66. ar. 1. §. habitibus tamen. Verac. 3. par. Speculi, ar. 16. concl. 2. Margarita confes. 6. precepto. fol. 83. pag. 2. Pedraza. 6. precepto. §. 18. Angles floribus. 1. p. de matrim. q. 5. de bonis matrimonij difficul. 3. concl. 2. Henriquez lib. 1. de mat. c. 4. num. 2. & cap. 15. nu. 5. Barh. a Ledesma dub. 27. de matrim. concl. 2. Petrus a Ledesma de matrim. q. 49. ar. 6. dub. 1. Manuel. 1. tom. summae. 2. editio. c. 43. num. 20. Emmanuel Sa summa, verb. debitum coniugale, vers. copulam si fiat. Cañedo summa facta mentorum, de mat. c. 8. nu. 76. Capua. p. 1. decis. lib. 2. c. 82. nu. 12. Insuper alij erant Theologi asserunt esse peccatum, subiecteque an solum sit veniale. Hi sunt Alenf. 2. p. q. 161. membr. 2. §. 2. Adrian. 4. tract. de Eucharistia, quaestio, restat nam videre an propter corporalem immunditiam, in solutione ad. 2. principale. Metina lib. 1. sum. cap. 16. §. 13. Et ex iuris peritis docent esse veniale

veniale eandē accessum causa delectationis. Gloss. c. vir cum propria, verb. quod delectat. 37. q. 4. & c. penultimo, verb. dā. nat. 32. q. 4. & c. origo, verb. adulter. 32. q. 4. & c. quicquid, verb. adulter. 32. q. 2. & 33. q. 4. in summa, verb. quod autem. Alex. de Neuo rubr. de Sponsalibus, nu. 26. Præpositus. c. neri. fin. d. 13. Henricus. c. inquisitioni. nu. 5. de sent. excom. Rainer. 2. p. summa, tit. de matrim. c. 13. Ioannes de Trifulgo summa cōnessorum, lib. 4. tit. 2. q. 37. Astenfis summa. 2. p. lib. 8. tit. 9. ar. 2. initio. Ang. verb. debitum. n. 23. Rosel. lib. 4. Sylu. q. 11. d. 2. Tabiena mā. trimonium. 3. q. 2. §. 3. Armilla verb. luxuria. n. 2. & verb. matrimonium. nu. 68. Turrec. c. quicquid. n. 3. ver. 4. 32. q. 2. Stephanus Gaetarepetit. c. ad limina. 30. q. 1. §. 4. nu. 178. Gregor. Lopez. 1. 9. fin. tit. 2. p. 4. Perez lib. 5. ordiū. tit. 1. l. r. ver. 5. conclusio. Matienço lib. 5. recop. tit. r. rubri. glo. 1. nu. 107. Vgolinus de sacramentis, tract. de matrimonio. c. 10. fin.

Hinc deducitur non esse audiendus doctores relatores. n. dicētes esse culpā mortalem, vbi finis esset, appetitum libidinosum satiare: & aliquibus cibis calidis vir naturam adiuuaret, quō potentior redderetur ad frequentiore copulam. Nam cū libido illa matrimonij limites minimē egressatur, nec media aliās sint illicita, non est vnde culpa mortalis incuratur: sed sola venialis. Atq; ita vbi finis esset satiare libidinē, sentit expressē. D. Aug. cuius verba retuli, n. præcedenti. D. Anselm. & Lyra in illud. 1. ad Corinth. 7. secundum indulgentiam dico. Gloss. 33. q. 4. in summa. verbi quod autem. Alex. de Neuo. Præpos. Astenfis, Rosel. Ang. Sylu. Ioan. de Trifulgo. n. præcedenti allegati. Abulc. 5. Matth. q. 235. & vbi vir manibus, & calidis vtens se prouocaret, sentiunt non esse mortale: Palud. 4. d. 3. q. 3. ar. 2. nu. 17. vbi Supplementum. q. vnica, artic. 3. dub. 2. Abul. Ioan. de Trifulgo, Ang. Syl. proximē citati. Greg. Lopez. 1. 9. fin. tit. 2. p. 4. Humada super. l. 2. tit. 1. p. 1. gl. 2. n. 17. imō si non ob maiorem delectationem, sed bono fine id fieret, nulla esset culpa, vt docent Palud. & Supplementum ibi.

Similiter non est credendum doctores licentibus peccare venialiter coniuges, licet non coeant propter delectationem, sed proli gratia, si acceptent delectationem illi adiuuānam. Sic tenere alij antiquiores, teste, D. Bonau. 4. d. 3. 1.

art. 2. q. 3. qui dicit id esse probabile, idem docet Altriosod. lib. 4. suæ summa, tra. 4. q. 2. Qui id probat hoc simili, Qui cōcōnatur recto fine, peccat venialiter si admittat gloriam vanam inde confurgentē, ergo idem dicendum est de coniuge bono sine petente, si delectationem coniungat minimē respuat. Sed disparitas est aperta. Quia vana gloria est in se mala, & idē omnino respicienda: delectatio verō nō est ipse praua, imō natura ipsa sagaciter adiunxit illi adiu, propter bonum proli, vt eius generationi auditis homines vacarēt, si que species conseruaretur: sicut in ciboru esu delectationē posuit, ob indiuidui conseruationem. Quare dicendum est omnino vacare culpa, nisi nimis voluptatis excessus procureretur. Quia nulla est culpa, vti matrimonio; fruendo delectatione, quam natura adiunxit propter honesti finis necessitatem. Atq; ita docent Maioris. 4. d. 31. q. vnica, concl. 6. vbi Sotus. q. vnica, ar. 3. concl. 2. Veracruz. 3. p. Speculi, artic. 16. concl. 4. Bartholom. à Ledesma de matrim. dub. 27. concl. 3. Manuel. 1. tom. summa. 2. editio. c. 243. num. 20. Angles flor. 3. p. de mat. q. 5. diff. 3. concl. 3.

Tandem quamuis debitum exigens ob delectationem peccet, tenetur altere reddere. Per ea quæ dixi hoc lib. disp. 6. num. 7. & docent Palud. 4. d. 32. q. 1. ar. 1. nu. 4. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 20. §. 7. Stephanus Gaetarepetit. c. ad limina. 30. q. 1. n. 174. Adrianus. 4. de Euchar. q. restat iam videre an propter corporalem immunditiam, in solut. ad. 2. principale. Sot. 4. d. 31. quæst. vnica, ar. 3. ver. inter soluedum. Ledesma. p. 4. q. 66. ar. 1. §. hæsitabis tamen. Petrus de Ledesma de matrimonio. q. 49. artic. 66. dub. 1. in solutione ad rationem dubitandi, & nullam esse culpam tunc reddere, docent etiam Verac. 3. p. Speculi, ar. 17. ad finem. Matienço lib. 5. recop. tit. 1. rubrica, glof. 1. n. 107.

Ad argumenta primæ sententia, n. 1. proposita respondetur. Ad primum dicitur, liberorum intelligi, vt talis copula sit dānata, de veniali culpa, vt docet ibi Gloss. verb. damnata: & c. origo, vt illud sit adulterium non reatu criminis, sed simili tudine adulterinæ libidinis, ardet enim is coniux in vxorem, more adulteri in concubina: atq; ita explicat Glossa eo. c. origo, verb. adul. Vel secundo dic intelligendos esse eos textus, vbi voluptas matrimonij terminos excedit: iuxta dicta, nu. 3. & sic

explicat Durandus. 4. d. 3. q. 4. nu. 5. & ibi Ricard. art. 3. q. 3. Ad secundum respondet optimē, D. Thom. 4. d. 31. q. 2. art. 3. ad 3. illam delectationem in habitu referri in Deum, nec in ea constitui vltimum finē, cū non indifferenter quærat, sed in coniugali accessu. Ad contrarium. constat non ita aborberi rationem, quin habitu referatur in Deum voluptas illa. Ad primum secundæ sententiæ ex propositis, nu. 2. dicitur axioma illud Aristotelis esse verum, vbi delectatio debet quæriri, & non vt finis actus, sed tāmquam ipsi adiuncta. Ad conf.

dic non tantum turpe esse delectationem turpem quærere, sed etiam honestam, modo tamen indebito. Ad secundum dicitur inclinare ad moderatē percipiendam delectationem, & debito modo, & tunc nullā esse culpam, iuxta dicta, nu. 6. Ad tertium dicitur licere ad libitum vt re sua, absq; iniuria, sit re labe, non tamen absq; alia culpa, si debite circūstantia non seruetur. Ad quartum respondeo illud sacramenti bonum excusate concubitus a culpa mortali, nō verō à veniali, vt explicui disp. 8. numero. 14.

DISPUTATIO DVODECIMA.

Vtrum ratione temporis facti, vt si dies sint feriati, processionum, aut ieiunij, reddatur illicitus actus coniugalis.

SVMMARIVM.

An tempore feriarum quo interdicitur benedictiones nuptiales: vel priori bimestri ante maximam consummationem: vel ante benedictiones vel ante denūciationes, vbi in eis dispensatum est, sit debitū petendum, aut reddendum remissive, numero. 1. An diebus feriatis, rogationum, aut ieiunij, liceat debitum petere? Resertur triplex sententia auctoris. n. 5. & ibi, iuncto nu. 2. An vim legis habeant sanctorum, ac conciliorū provincialium, & legum civilium testimonium in decreto inserta? Quid, si in diei festi contemptram petatur: & quando dicatur contemptram? An teneatur coniux reddere quocumq; die solenni, vel peccet nu. 7. Soluuntur argumenta: & enodantur. c. propositioni. Christiano. 33. q. 4. n. 8.

Cum de fine disputatum sit, iam de tempore circūstantia agendum est. Ad quam pertinet disputare, an sit petendum, aut reddendum priori bimestri ante consummatum matrimonium: Sed iam de hoc egimus lib. 2. tota disp. 4. Item ante benedictiones, & de hoc dixi lib. 3. tota disp. 12. vbi tota disp. 11. quando nondum præmissa sunt denūciationes. Item an feriatū tēpore quibus interdicitur benedictiones nuptiales? Sed de hoc egit lib. 7. disp. 7. à nu. 21. Quare in

hac temporis circūstantia, triplex est agenda disputatio. Prima, quæ est præsens, de diebus feriatis, rogationum, & ieiuniorum, aliæ duæ duplici disp. sequenti, de tēpore Eucharistiæ recipiendæ: & quando aut vterq; aut alter coniux excommunicatione innodatus est.

In præsentī disputatiōe variè admodū loquuntur auctores: possuntq; ad quatuor sententias reduci. Prima docet culpam esse lethalem diebus his debitum exigere: diuersiq; patroni illius diuersimodè illam moderantur, vt inter ipsos referendos explicabo: omnes tamen in hoc conueniūt, vt ex sola temporis circūstantia sit aliquando lethale debitum exigere. Ducuntur primò, testimonio. D. Augustini sermone. 2. de tempore, & refertur. c. 2. 33. q. 4. ibi. Quotiescūq; autem dies Natiuitatis Domini, aut reliquæ festiuitates aduenierint, non solum ab infidelium concubinarum consortio, sed etiam à proprijs vxoribus abstinere debemus. Vbi D. Aug. æquaripar accessum ad vxorē eo tempore, cum accessu ad concubinam: quem cōstat esse mortale. Secūdo, quia in loco sacro petere, mortalis est culpa: eod quodd locus ille sacris peragendis dicitur sit. Ergo similis est, temporibus sacris, que ad idem consecrata sunt. Tertio, quia, D. Gregor. 11. dialogo quoniam refert feminam à demone arreptam esse, eod quodd post accessum coniugalem publicis supplicationibus interfuerit: tantam autem penā absq; lethali culpa infligi, creditur est indignum. Idē hanc sententiā quando de

debitum petitur non causa prolis concipiendae, aut fornicationis vitandae, sed ob libidinem satiantem, sicut in Glof. 33. q. 4. in summa, verbi quod autem. Anton. Rubrica, de sponsalibus. n. 1. vbi Aelxan. de Neuo. n. 2. 4. Ales. 2. p. q. 166. m. 2. ad. 5. ex argumētis prioris loco positus, Astenf. sum. 2. p. lib. 8. tit. 10. ar. 4. q. 1. Abul. c. 4. Mat. q. 23. 8. iū. 6. q. 2. 40. Alexā. in Enchirid. 2. p. p. c. 6. vbi de debito coniug. si. si tem pore. Vbi verò petitur causa prolis, aut vitandae in continentia, dicunt glof. & Anton. nullam esse culpam. Alex. de Neuo autem, & Astenf. dicunt esse tunc venialem. Eandem sententiam de festis solemnioribus, & indistincte docent, dicentes esse mortale in eis petere, Hostiensis summa tit. de matrimon. 9. quis effectus, num. 22. Stephanus Gaeta repetitione, c. ad limina. 30. q. 1. §. 4. n. 181. in ceteris autem festis, & ieiunijs, dicit ille vacare culpa: hie verò. n. 175. esse venialem.

Secunda sententia docet, culpam esse venialem debiti exactioem diebus feriatis supplicationum publicarum solēniū, vt rogationum, ieiuniorūque, quae Ecclesia praecipit. Ducitur primò auctoritatibus varijs: vt Innoc. Papae. c. proposui. l. 82. d. 1. vbi. Nam sic Paulus ad Corinth. scribit dicens, Abstine vos ad tempus, vt expeditis vaeis orationi & hoc vtiq; laicis praecipit. Vbi Pet. tit. ex manifestis dicit esse praecipitum. D. Ambrosij sermone de aduentu Domini, & refertur. c. fratres. 33. q. 4. vbi. Nullus omnino vxoris sua diebus ieiuniorum coniugatur, & super Epistolam. 1. ad Corinth. c. 7. & refertur. c. si causa, eadem. q. 4. vbi. Si causa filiorum proceatidiorum ducitur vxor, nō multum tempus coeessum videtur ad ipsum vxorū. Quia & dies festus & dies praerisionis cessare temporibus his debere demonstrat. D. Aug. lib. quæstio. veteris, ac noui Testamenti, q. 127. & refertur. c. Christiano, eadem. q. 4. vbi. Christiano cum vxore sua conuenire aliquando licet: quando verò non licet. Propter dies enim praerisionis aliquando non licet conuenire. Secundo, quia si dicas testimonia haec sanctorum vim inon habere: decreti, atque ita quauis ipsi prohibeant, non inferitur id esse praecipitum. Obstat fortiter, quod quauis sanctorum testimonia ex se vim canonis nō habeant ad causarum decisioem: tamen ex longa Ecclesiae consuetudine sic acceptantis, & publicè legi volumen decreti permittentis, quae in eo inserta sunt sanctorum dicta, robur statuti canonici obti-

nent. Vt docet Archid. c. de his, el. 2. d. 50. statim in principio, Dominicus ibi. nu. 2. vers. sed quero nunquid. Praepos. ibi post 5. q. vers. redeundum ad textum. Turrec. ibi. n. 5. vers. de his, cum Hugone per ipsum relato, vbi querunt, nunquid standū sit decisioni illius capituli quod non sit Pontificis, nec Concilij generalis: sed Rabani Archiepiscopi ad Heribaldum. Respondetque standum esse. Quia opus illud decreti recipit Romana Ecclesia quoad capitula in eo contenta. Idem ipsemet Archid. c. quis nesciat. d. 9. ad finē, & ibi Dominicus vers. quero quid de volumine. Abb. c. 2. de rescript. n. 9. vbi Felin. n. 43. vers. firmat. Ripa. n. 8. Azonis à Ramen- ghis repetit. in proœmium decreti. nu. 25. Th. Canon. repet. in idē proœm. n. 3. 43. & duplici sequenti. Turrec. in eodem proœmio ar. 8. n. 25. Maranta practica. p. 3. q. vnica. n. 36. Antonius Cucus lib. 1. in situ. maiorum, tit. 1. nu. 5. Cenedo in suis colle. c. aneis collectaneo. 16. ad decretum n. 2. Manuel. 1. tomo. q. regulariū. q. 6. ar. 2. Metina de sacrorum hominum continentia, lib. 2. c. 33. fine. Et videtur tenere Decius. c. 2. de rescript. sine, vbi ait, volumen decreti esse approbatum tanquam iuris librum. Et potest etiam probari ex c. continebatur, de decept. impub. vbi Alex. III. probat viri testimonio credendum esse. Quia ita in decretis habetur, nempe. c. si quis acceperit. 33. q. 1. quod est Concilij apud cōpendium. Fatentur tamen ferè omnes hi auctores, & multi alij, quos referūt, & sequuntur Cenedo illo colle. c. 16. n. 8. Magdalenus tractat. de numero testium in testamento. 2. p. c. 6. n. 22. leges ciuiles in decreto insertas vim iuris canonici minime habere, nisi à Pontifice approbatae sint. Cum ergo tam manifestè prohibitus sit in illis capitulis accessus ad coniugem ijs temporibus, erit culpa saltem venialis. Tertio, quia dies festi principaliter ad vacandum Deo, orationique instituti sunt, carnalis autem delectatio mentem obfuset, & ad spiritualia ineptum reddit. Quare apud Ethnicos lumine ipso naturali edoctos receptum erat, vt orationi vacaturi à concubito etiam coniugali abstinerent. Cuius rei pleraque testimonia, morte suo adducit Tiraquellus. l. 15. connub. nu. 114. & sequentibus. Atque eadē ratione id ipsum dicendum legit de tempore publicis supplicationibus praescripto. Cum id vacādo orationi pro cōmuni Ecclesiae utilita-

te destinatū sit. Quarto, quia ieiunia praecipuntur, quò caro maceretur, & sicut illicitas voluptates admittens deliquit, ita à licitis abstinere: ergo praecipitum est in ijs abstinendi à vehementi delectatione, qualis in actu coniugali inuenitur. Atque ideo hanc sententiam tuetur Magister. 4. d. 32. c. 3. vbi D. Tho. q. vnica. ar. 5. quæstiu- cula. 2. Albertus Magnus. 4. d. 31. ar. 23. Durandus. 4. d. 32. q. 1. n. 9. Palud. ibi. q. 1. ar. 3. n. 11. & d. 31. q. 3. ar. 3. n. 8. Idque supponit Supplementum Gabrielis. 4. dist. 32. vnica. ar. 2. post. 11. concl. & tenet Rainerius. 2. p. summa tit. de matrim. c. 13. Ioannes de Friburgo summa confessorum, lib. 4. tit. 2. q. 42. Gerfon. 2. p. in compendio Theologiae, alphab. 27. litera. P. Carthufianus. 4. d. 32. q. 1. quæstio. 2. vbi Celaia. q. 2. ad finem. Monaldus in summa, tract. de matrim. tit. de effectū matrimonij, versic. item est alius effectus. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 20. §. 11. Adrian. 4. q. 14. de mat. Sylu. verb. debitum. q. 11. dist. 1. Tabiena matrimonium. 3. q. 8. §. 9. Petrus de Sor. lect. 16. de matrimonio. §. sequuntur circumstantiae. Turrec. c. sciatis. 33. q. 4. ar. 3. nu. 5. Viger. lib. in situ. c. 16. §. 7. vers. 10. Verac. 3. p. Specul. art. 17. concl. 1. & 2. Margarita confes. 6. praecipit. fol. 87. pag. 2. Matien. 50. lib. 5. recopil. tit. 1. rubri. glof. 1. nu. 112. Capua. p. 2. decisioem. lib. 2. c. 12. nu. 18. & absq; dubio hac est frequentior sententia. Pro eadem sententia sunt aliqui Iurisperiti affirmantes culpam esse his diebus petere, subitice tamen qualis culpa sit. Hi sunt Glof. c. sciatis, sine. 33. q. 4. Goffredus summa, tit. de matrim. c. 6. tracto cōtra interdictum Eccl. sin. Ioann. And. c. 2. n. 3. de coniug. leprosi. vbi Anton. nu. 11. Henricus. n. 6. Praepos. rubrica de Sponsalibus. n. 12. Temperat autē Veracruz hanc sententiam, nisi coniux his diebus petēs, patiatur incontinentiae periculum. At D. Th. ea quæstion. cul. 2. & quæst. 1. ad. 1. Palud. 4. d. 31. q. 3. art. 3. nu. 18. Turrec. & Viger. proxime citati, hanc moderationem minime admittunt, sed ad alia media confugiendum esse docent.

Tertia sententia distinguit, admittitque in praecipijs solemnitatibus, culpam esse venialem exigere. Quia adus coniugalis habet non nihil indecentiae, & ineptitudinis ad orationem, cui illis diebus vacandū est. In ceteris autem festis, publicis supplicationibus, & ieiunijs, dicit solum esse cōsiliū abstinere. Ita docent Sorus. 4. d. 32.

q. vnica, art. 3. concl. 2. Ledes. 2. p. 4. q. 66. ar. 1. §. ad hoc dubium. Henriquez. lib. 11. de matrim. c. 16. n. 5. quæ verò dicantur festi solemniora? Sotus explicat triplex Pascha. Ascensionem, & ea in quibus fidei articuli celebrantur, & diem Pasceuae. Ledesma, Pascha, magnas sollicitates, & diē Pasceuae. Hériquez, triplex Pascha, Hebdomadam sanctam: & dies quibus magna mysteria celebrantur.

Quarta sententia (cui adhæreo, licet existimē duas praecedentes esse valde probabiles) ait solum esse consiliū quibus diebus à copula coniugali abstinere, ac proinde omni culpa vacare tunc exigere. Ducor, Quia praecipitum de colendis festis prohibet solas operationes externas seruiles, qualis non est debitum petere. Nec finis praecipit, nempe, vt liberius vacetur Deo, cadit sub praecipito: auctore D. Thom. 1. 2. q. 96. art. 3. ad. 2. & multis alij, quos refert, & sequitur Couar. c. alma mater. 1. p. §. 5. n. 1. Et confirmatur, quia cū nemo teneatur in diebus festis, aut supplicationum, aut ieiunij orare, in episcopi reddens his diebus feruentiori contemplationi, minime culpæ reus erit: quasi nulli contrariens praecipito. Nec in diebus ieiunij teneatur ad aliam carnis macerationem, quam ad eam, quæ ab Ecclesia praescripta est, quæ est abstinentia à pluibus comestionibus, & cibis vitatis. Secundo, quia culpa non est, vbi nullus praecipit adeest prohibitio: quod hic cōtingit. Quia praecipitum diuinum de colendis festis, minime interdicit debiti coniugalis exactioem: vt probaui. Nec etiam est praecipitum humanum. Nam omnia testimonia relata nu. 3. inserta in decreto, loquuntur de cōsilio solo, prout statim referam ex Glof. Praeterea ferè omnia sunt ex sanctis desumpta: quibus (etsi sit contra tot Doctores. n. 3. relatos) verus est, non amplior auctoritatem, quā auctori tribuendam esse: vnde vim canonis minime habent quæ in decreto continentur, nisi ex Pontificis, aut concilij generalis decreto desumpta sint. Quod videtur probare. c. de libellis. 20. d. vbi Leo. III. scribit Episcopis Britanniae, explicansq; quæ vim canonū habeat ad causarum decisioem, retulit canones Pontificios, ac conciliorum generalium: ijsq; nil stauentibus, dixit sanctorum dicta magnanimitate esse retinenda: vbi non numeravit inter canones, quibus causa de cidenda est, sed inter ea, quæ dirigunt, &

magnificanda sunt. Nec probant oppositi illud decreti volumen receptum esse ab Ecclesia tanquam ius continens, quoad omnia in ipso inserta. Nec obstat Pontificem in causis decidendis allegare aliquando decretum. Quia non semper tanquam textus iuris allegatur: sed ad directionem: ut solent Pontifices, & concilium generale Sactorum testimonia referre. Nec defunt auctores hanc partem tuentes, qui dicunt vnicuique Decreti canonici eam auctoritatem ad eam esse, quae auctori eius tribuitur. Hi sunt Ripa. l. 1. nu. 69. ff. si certum petatur. Maioris. 4. d. 27. q. vltim. §. dubitatur an is Caiet. 2. q. 88. ar. 8. dub. vltim. §. ad 1. dicitur quod idem, ubi Aragon. dub. 1. in solutione ad. 2. sine. Sotus lib. 7. de iust. q. 3. art. 1. paulo post principium, verum, haud ergo defunt. Valentia. 2. 2. disp. 6. q. 6. de voto, punto. 6. paulo post principium. §. hinc sequitur de ceptum fuisse. Cum ergo nulla exigendi debiti his temporibus prohibito reperitur, nulla erit culpa exigere. Atque idem hanc sententiam fulminent Glossae. proposuisti. d. 82. verb. praecipit, & c. si causa. 31. q. 4. verb. concessum, & c. fratres, eadem. q. 4. glossa vnica, & c. Christiano, eadem. q. 4. verb. non licet, & verb. à licitis: ubi omnia testimonia ex illis locis desumpta ad probandum non esse petendum debitum diebus feriatis, aut ieiuniorum aiunt Glossae intelligi de consilio. D. Bonau. 4. d. 3. 2. ar. 3. art. 3. q. 2. quibus enim in principio videatur asserere esse culpam, tandem in fine concludit id esse de consilio. Secutus eadem. d. 32. q. vnica; in solut. ad 3. & ibi Ricard. art. 3. q. 1. Maioris. q. 1. argumento. 3. contra. 3. concl. Guiller. Vorrillong. q. vnica, ar. 2. concl. 3. Nicolius de Orbellis. q. vnica. §. 2. Bassolis. q. vnica, art. 3. Guilielmus Rubion. q. 2. ar. 2. fin. Albericus. C. rubrica de Sponsalibus. n. 11. Hieronymus de Zenerinis tract. de foro conscientiae, & contentioso. nu. 141. habetur tom. 3. tractatum. par. 2. Caiet. sum. verb. matrimonium. c. vltimo de peccatis in visu coniugij, vers. septimum caput est. Rossella, verb. debitum. n. 6. Ang. n. 29. Arm. nu. 10. Angles solum, de matrim. n. 1. p. q. 6. de obligatione soluendi debitum, ar. 1. post. §. difficult. dub. 1. & 2. Pedraza summa, praepro. 6. §. 18. Palacios. 4. d. 32. disput. 1. fol. 711. Bartholomaeus à Ledesma de matrim. dub. 71. §. de temporibus autem sacris. Petrus à Ledesma, de matrimonio. q. 94. art. 7. notabilia. Manuel. 1. tomo sum-

ma. 2. editione. c. 243. n. 18. videtur tenere Victoriam summa, de matrimonio. n. 178. agens enim de accessu in magnis festiuitatibus, ait non esse lethalem, & Sanctos consulere quod melius est: atque ita videtur sentire solum esse consilium abstinere. Atque idem ubi petitur causa prolis, aut vitandi incontinentiam, sentit Tiraquellus. l. 115. connubiali. n. 11.

Id tamen apud omnes compertum est, esse culpam lethalem, petere diebus feriatis in festi contemptum. Quis autem dicatur contemptus, non constat. A bulensis c. 5. Matth. q. 23. §. fine, & Supplementum, verb. debitum. §. 6. explicat hunc contemptum esse, idem quod non curare. Sed merito contrarium docent Sylu. verb. debitum. q. 11. dicto. 1. & verb. contemptus §. 1. Tabiena matrimonium. 3. q. 8. §. 9. & verb. contemptus. §. 1. dicentes, tunc esse contemptum legis, quando operans efficit contrarium, ut legi contraueniat, & ne illi subijciatur. Quod in praesenti ita explicat Adrian. 4. q. 14. de matrimonio, & Capua. p. 2. de iurisdictione, lib. 2. c. 12. nu. 18. quando exigens debitum eliceret hunc actum, non abstinere modo, licet Deus praecipisset. Adde etiam contemptum esse, si coniux exigeret, quod festum ipsum parui penderet. Qui contemptus nunquam accidet, nisi in haeretico, aut infideli.

De redditione etiam debiti controersa est inter Doctores. Quidam enim teste Glossa. 33. q. 4. in summa, verb. quod autem, asserunt petenti causa libidinis futuranda in festis, reddendum non esse. Et Ptaepof. rub. de Sponsalibus. n. 12. dicit in magnis solemnitatibus, ut in Paschate, exactum coniugale debitum esse denegandum. Et Albertus Magnus. 4. d. 31. art. 23. censet culpam esse venialem reddere, & Cañedo summa sacramentorum, de matrimonio. c. 8. num. 74. ait excusari coniugem à redditione debiti in magnis solemnitatibus. At verissimum est etiam referenda sententia asserenti veniale admitti petendo, nullam esse culpam reddere. Quia circumstantia illa temporis non est tanti momenti, ut debitum ex iustitia soluere impediatur. Atque ita Magister. D. Tho. quaestiu. cul. 3. Palud. 4. d. 32. q. 1. ar. 1. n. 11. Supplementum, Henriquez, Verac. ar. 17. ad fine, quos retuli. n. 3. quamuis asserant veniale esse petere, dicunt licere reddere. Idem Albertus Magnus sibi contrarius. 4. d. 33. ar. 8. Anton. rubrica de Sponsal. num. 15. ubi

Alex.

Alex. de Neuo. nu. 23. Imò quocumque die quantumvis solemani debitum exigatur, tenetur coniux reddere. Glossa. 33. q. 4. in sum. verb. quod autem. Palud. 4. d. 32. q. 1. ar. 1. n. 4. D. Anto. 3. p. tit. 1. c. 20. §. 7. Rosel. verb. debitum. n. 5. & ibi Sylu. q. 8. Cai. summa, verb. matrim. c. vltimo. de peccatis in visu matrimonij. §. vltimo est, in fine. Gerson 2. p. regulis moralibus, tract. de mari. alphabeto. 25. litera. I. fine, & in compendio Theologiae, alphab. 27. litera. P. Turrec. c. sciatis. 33. q. 4. ar. 4. nu. 6. Tiraq. l. 15. connub. n. 111. Petrus de Soto lea. 16. de mar. §. sequuntur circumstantiae. Host. relatus nu. 2. Goffred. Ioan. And. Henric. Anton. quos retuli. n. 3. Cardin. c. 2. n. 3. de coniug. leproso. Stephanus Gaeta repet. c. ad limit. na. 30. q. 1. §. 4. num. 174. Viguer. lib. inst. c. 16. §. 7. vers. 10. Ludou. Lop. 1. p. instr. cap. 83. initio, & c. 79. §. peccat etiam. Et quamuis aliqui horum praemittendam mentionem consentit dicunt, quia existimant exigentem peccare. Cuius contrarium nu. 5. diximus.

Ad primum argumentum ex propositis nu. 2. dic. D. Augustinu de consilio loquitur nec in omnibus equiparare accessum con-

iugalem, concubinariumque. Ad secundum dic non esse simile. Quia locus consecratur ad sola opera sacra, polluiturque accessu coniugali. Quod non inuenitur in tempore sacro. Ad tertium dic cum D. Tho. 4. d. 32. q. vnica, art. 5. quaestiu. cula. 2. ad. 1. non esse puniendam eam foemina, eo quod debitum reddiderit: sed quia conscientia erronea existimabat interdicitum sibi esse post copulam interesse diuinis, & contra conscientiam interfuit. Ad primum ex. n. 3. propositis, Ad. c. proposuisti, die cum glossa. ibi, verb. praecipit, capi pro perfruit, & ad. c. fratres, die cum Glossa vnica, ibi esse consilium, & ad. c. si causa, dicendum cum glossa. ibi verb. concessum, & ad. c. Christiano, die cum glossa. ibi, verb. non licet, capi non licere pro non expedire. Quod manifeste colligitur ex eodem. D. Augustinu sub iungente à licitis tunc abstinendum esse. Ad secundum constat ex dictis. n. 5. ubi probauimus testimonia illa sanctorum non habere vim canonis: & esse haberent, loquuntur de consilio. Ad tertium & quartum die vacare orationi, & carnis macerationi esse finem praecipit, qui sub precepto minimè est: vt dixi. n. 7.

DISPUTATIO DECIMATERTIA.

Vtrum vacare actui coniugali, die qua recipienda, aut recepta est Eucharistia, culpa sit?

SYMMARIUM.

Nunquam ex hac causa est mortale, & proponuntur difficultates disputanda. n. 1. Circa culpam petitionis debiti ante communionem, referantur duae sententiae. n. 2. & 3. Indecens est post copulam coniugalem accedere ad Eucharistiam. n. 4. Est culpa nulla, ubi petitorum est causa prolis, licet in actu venialis miscantur. n. 5. Idem, ubi causa vitanda fornicationis. n. 6. Quando causa voluptatis, est veniale, numero. 7. Qua causa excusetur. nu. 8. An coniux à redditione debiti excusetur, ed quod ea die communicatus sit. nu. 9. Soluantur argumenta, & enodatur. cap. sciatis. 33. q. 4. & plus obstat communioni copula coniugalis: quam pollutio inualentaria. nu. 10. An coniux reddens arceatur ea die à communionem? Refertur quedam opinio, nu. 11.

Sententia Auctoris, nu. 12. Non est opus vriduum, aut amplius intercedere post pollutionem, aut copulam. n. 13. Quanta debeat esse mora? Referantur varia placita, nu. 14. Opinio Auctoris, n. 15. An sit veniale post Eucharistiae sumptionem, petere debitum? Refertur sententia affirmans, nu. 16. Contraria verior, nu. 17.

Satis confusè loquitur Doctores: Immisceant enim petere, & reddere: & tempus praecedens, ac communionem subsequens: moramque post copulam abstinendum sit. Ideo claritatis gratia, Quatuor difficultates disputandae sunt. Primò de petitione debiti ante communionem. Secundò de redditione. Tertiò de mora temporis inter copulatum, & communionem. Quartò de extinctione debiti, & redditione post commu-

nio-